nem, & sanguinem: aut eos non esse põtifices, nec ha
bere claues. Nec video quid contra hæc dici possit:
cum stet tam clarus textus, ꝙ claues sunt datæ non
nisi ei, qui carnem, & sanguinem non audit: sed patrẽ
cœlestem. Non est sanctũ, & iustum in spũ: alioquin
omnis põtifex est Sathanas non sapiens quæ dei sũt.
At si hoc dicimus, iam hereticorum nouorũ, & an/
tiquorum Donatistarũ, errorẽ renouamus, qui ma/
lum episcopũ non esse episcopũ asseuerant. Quod

absit a nobis, qui sanctæ & iustæ ecclesię ministrum ĩpium: & malũ esse posse confitemur. Ita fit: dũ per hæc verba volunt ex Ro. pontifice solũ & omnem, & vniuersalẽ pontificẽ facere, nullũ pontificẽ nobis relinquant: vt videãt quo stipendio scripturas vio/lẽtẽt adulatores, & ãbitiosi. Reliquũ ergo est Euã/geliũ hoc loco, nec ad petrũ nec ad successores eius, nec ad vllũ episcopũ, aut vllũ hominẽ singularẽ per tinere: sed ad cõmunionem sanctorum quę est ecclesia. Hæc deinceps potest claues cõmittere tũ digno / tũ indigno. Indignũ inquã corã deo / qa nescit vtrum dign9 sit deo: alioquin nõ nisi digno corã hominib9 cõmitteret. Quare satis patere arbitror qñ decreta quædã hũc textũ ad Romanã sedẽ, & pontificẽ tra/hũt nõ mõ frigidissime (qđ modeste dixi) sed ẽt cõ/trarie sensui euãgelico verbũ xpi tractare: qđ clari9 fa ciem9: qñ ea inferi9 examinabim9. Interim de hac au ctoritate satis sit ĩ sũma dictũ / q̧ si cui claues arrogãt, huic necessariã quoq; ẽẽ fidẽ petri / q̧ si fides necessaria ẽẽ negabit, eadẽ rõne negabit, & claues ẽẽ ei datas: cũ vtrũq; copulet & exp̃mat, ĩmo fidẽ magis: & p̃mo q̃ rit xp̃s. Quare nõ nisi de eccl̃ia xp̃um ẽẽ loquutũ cla re intelligit, nec de vna aliqua: sed de qualibet in q̃/libet parte mundi &c.

Defensio. 14.

Omnis hæc exageratio Martini tria ferme cõtra frigidissi/ma decreta (sic ea appellat) carpit: ut nõ Petro, sed ecclĩæ da/

tæ sint claues: alîter hæc sequuntur.

¶ Primū. Si Petro, & eius successori danť claues: ergo uerba sequētia sicut pcedētia de successore implebunť. s. q sit Sathanas, & retro abeat: sicut de petro xps dixit. ois papa Sathanas erit.

¶ Secūdū qđ sequitur est hoc: qm nō dedit claues petro, nisi prius eo explorato de fide: ergo successores Petri claues nō habebūt: nisi cū Petro æqualē fidē habeāt: & sic sacerdos malus, uel papa nō erit papa: ut donatistaꝝ heresis affirmabat.

¶ Tertiū qđ sequitur est qn Petrus claues accepit, aduersus q̄s præualere nō possunt portæ inferi: & tñ pualuit ancilla ostiaria: ergo claues nō suscepit: sed ipa ecclia: quæ retro nō abiit: nec Sathanas est: aut cōtra eā ancilla pualuit. Hæc sunt quæ iugulant nos (ut dicit iste Lutherus, sed melius lutuosus hō) dū mō iste acumulet, quæ in apparentia aliquid ostentēt, ei sufficit. Aliud quærit nihil, nisi ostētationē: ut coaceruare sibi possit laicos plebeos. Et q hæc nihil habeāt energiæ demōstro. Primo retorquēdo in eū quæ contra nos ipe cōglomerat. Secūdo soluēdo eius intricamēta. Primo ergo reflecto cōtra ipsum primā eius rationē sic. Si eccliæ danť claues, & nō Petro: ergo de ecclia uerificari debēt: & ad eā ptinerēt pcedentia, & sequētia uerba xpi: & ecclesia tūc retro abibit aliqñ: & Sathanas efficieť. Quod plusq̄ hereticū erit dicere. Nec nō 2m equæ deduco. Nō danť claues ecclesiæ, nisi prius explorata de fide: ergo nullus minister ecclesiæ poterit uti clauibus, nisi fidelis fuerit. Et sic renouať donatistaꝝ. iterū error, & heresis: quæ attestabať malos sacerdotes ministros: & sacerdotes non esse. Tertium æqua lance decurrit aduersus te. Portæ inferi nō pualent aduersus ecclesiæ claues, ministrorū eius: sed nedū aduersus Petrum ecclesiæ ministrum pualuerunt portæ inferi, uerum & ancilla ostiaria, ergo sequitur petrū non fuisse ministrum etiam ecclesiæ, quod in te militat. Qui & si neges petrum esse pastorem, & primatem ecclesiæ: affirmas nihilominus fuisse ministrum ecclesiæ. Et si nō erat per te clauium possessor, erat clauibus potens uti. Quid ergo dicendum Martine? Feriunt te tua, nobis illesis remanētibus: cum dissoluta erunt quæ contra nos iniustæ obiecisti. Et cum dicis. Si Petro, & successori dantur claues: ergo de quolibet uerificari debent tam uerba subsequentia, q̄ præcedentia. Erit igiť omnis petri successor Sathanas, & retro abibit. Respōdeo, Martine, q ueꝝ est, & indubitanter uerū est omnē Petri successore;

posse retro abire, & posse Sathanam esse. s. euersorem. Et quis ambiget hoc? Non ne tot pontifices euersores, & retro abierūt propter diuersa eorum crimina. Fatemur & nos hæc omnia tanq̄ de possibili, posse de successoribus Petri euenire: sicut de quolibet actu humano qui cōtingenter, & de possibili fit a mē te, & homine libero. Et sicut potest retro abire successor Petri: potest & ante progredi: & nō minus progredi, q̄ regredi. Et sic in nos non habes quicquam quo ad primum.

¶ Ad secundū. Petro nō sunt datæ claues nisi prius de fide explorato: ergo successor eius claues non habebit, nisi fidelis sit: qualis petrus fuit. Dico si tu tantū arguas de fide: & non de qualitate fidei facile concedo: & hoc uerū utiq; est. Nam dn̄s non cōmitteret ecclesiā sctā suā, nisi credenti xp̄um. Nec oppositū uisum est in tanto temporis interuallo. Multi equidē pōtifices summi, crimine notati sunt: sed nullus de infidelitate: quoniam malitia in uoluntate, cū fide informi in intellectu cohabitant.

Sapiētiæ.2. Sapientie.2. Excecauit eos malitia eorum. Nonne hoc uisum est in Petro, ipso dicente. Non noui hominem? Si uero æq̄lem fidem de necessitate in successore, æqualē in petro cōcludere intendis: hoc utiq; falsum esse dicimus: quoniā multi in hoc mūdo humiles, & infimi, omni dignitate destituti in fide æquales

Actuū.15. Petro inuenti sunt, referēte hoc idem Petro. Actuū.15. Qui nouit corda dn̄s testimonium perhibuit dans illis spūm sanctū, sicut & nobilis, & nihil discreuit inter nos fide purificans corda eorum. Infidelis papa esse non potest: quoniam fides donum dei est, per beatum Augustinum. Et non pmitteret deus papam prēm familiæ non esse uestitum ueste nuptiali fidei: & si non caritatis, & bonitatis. Primum ad officium attinet secundū ad seipsum. Quod si non habet: sibi ad interitū nocet, ecclesia grata permanēte. Tertium quod infers. Quomodo Petrus suscepit claues, cum aduersus eū præualuit ancilla ostiaria, q si habuisset nō præualuissent portæ inferi. Interrupte, & inepte legisti, Martine, scrutatus non fuisti locū scripturæ. Nunqd dn̄s protestatus est portas inferi non posse præualere aduersus petrum?

Math.16. minime. Sed aduersus ecclesiam. Dicit. n. sic Math.16. Tu es petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam: & portæ inferi no prævalebunt aduersus eam. s. ecclesiam. Non dixit Aduersus te, sed aduersus ecclesiam. Aduersus ergo petrū potuerunt: & portæ inferi prævalere, et ancilla ostiaria. Potuisset et damnari Petrus, nisi penitētiam lacrimosam egisset, nec xp̄s

mentitus esset. Credo per hæc, tua sophismata iam ex toto eua
cuata. Noua iterum expecto.

¶ Oppositio.15. Martinus.

¶ Secundo adducitur illud. Io. vltimo Simon dili gis me pasce oues meas. Hoc enim quia ad solum petrum dictum putatur, ipsum super omnes consti tutum arbitrantur. Verum q̄ & hæc nihil efficiat, ostendo. Primo quia certissimum est a petro nullũ apostolorum esse, vel creatum, vel missum. Quare nec verum: nec possibile ē petro oēs oues esse cōmissas: sed generali sententia omnibus dictum Pasce oues meas. Non. n. dicit omnes, sicut ad omnes aposto los dicit. Ite p vniuersum, & docete omnes gentes Verum ego non possum satis admirari, q̄ tot & tā ti viri contra tam expressas scripturas: tam euidētes experientias omnes oues petro arrogant, qui tamen vnanimiter confiteri cogũtur singulos apostolos in suas sortes esse missos, & Paulum de cœlo in aposto latum gentium vocatum. In quibus omnibus quō Petrũ adhuc omnium pastorem asserere audemus? qui nullum illorum misit pręsertim paulum. Vt ad Galathas. 1. multis verbis ostendit. Sunt hæc verba tam aperta, confutatione opus nō videatur. Illi (in quit Marcus) profecti prædicauerunt vbiq̄ seq tur ergo vel petro, vel successori suo nō esse omnes oues xp̄i cōmissas, aut oues, quas nō petrus, sed Pau lus: & cæteri apostoli pauerunt, ad oues xp̄i non per

Ioan. vlt̃o. Galath. 1. Marcus.

tinere. Quo quid blasfœmi⁹? ergo Corinthii, Galathæ, Philipenses, & aliȩ gentes: quia nec pascente, nec pastores mittente Petro pastȩ sunt, oues xpi intelligendȩ non sunt. Sed quid imoror in re tam apta? Si dicis: vt verbũ xpi ad solum Petrum dicit pasce oues meas. Respondeo. Non dixit omnes meas oues, alioquin peccasset Petrus si nõ oẽs pauisset. Solus sine cæteris apostolis. Peccaret etiam hodie Romanus pontifex, qꝫ nõ pascit, nec pastores mittit ad turcas & alias ꝓuincias. Quin aliud dicã ex isto verbo nihil potest cogi aliud, q̃ vt petr⁹ pasceret oues, q̃ fuerũt ex ouili Iudeoꝝ: & sic nihil ad eũ ptinet: nec ad Romanũ pontificẽ, & successorẽ eius, aut non ad solũ eũ ptinet, quod ex apostolo paulo. Galt. 2. probo vbi petrũ vocat apostolũ circũcisiõis: & se apostolũ gentiũ, ergo si qs ptinax esset: nulla vi posset cogi hoc verbo xpi aliud intelligi, q̃ʒ pasturã omniũ, q̃ fuerũt ex circũcisione, aut si extendit ad Ro. pontificẽ iam nec ꝓhiberi potest: quin ad omnes ptineat, & extendi pari negocio ad omnes queat.

Defensio. 15.

❡ Sex nõ minus erronea, q̃ obscæna inculcat Martinus, ad eũdẽ finẽ tendẽtia: ut petrũ omnium xpi exortem faciat

❡ Primũ. Petrus nõ creauit oẽs apłos: nec misit illos ad ꝑdicãdũ: qa missi a xpo: ergo Petrus non fuit omnium primas.

❡ Secundum xpus Petro non cõmisit omnes oues, sed oues sicut discipulis dixit: Ite in uniuersum mundum, docete omnes gentes: ergo non est uniuersalis pastor.

❡ Tertiũ Petrus nõ misit Paulum, qui e cœlo uocatus fuit: ergo sup Paulũ auctoritatem non habuit: nõ ergo sup omnes.

¶ Quartū. Seqtur: ꝙ Corinthii: Colossēses: Philippēses: Galathæ non sint oues xp̄i: quia pastæ s[unt] a Paulo, & non a Petro. Sed quid blasfœmius? ergo petrus non fuit pastor earum.
¶ 5. Petrus peccasset, si oēs nō pauisset oues, si omnes recepisset: & hodie peccaret Ro. pontifex non pascendo Turcas, uel ad eos pastores non mittendo.

¶ Sextū. Petrus solū est pastor iudeoꝝ. Nam Paulus apostolus ad Galathas uocat eū Petrū apostolū circūcisionis, se uero apostolū gentiū: ergo Ro. pontifex ineas succedit habēs ius super iudeos, & non super gentes: cū apostolo Paulo attineant. Solertissime percūctatus Lutherus non reperit quod in Petro carpere queat: & præcipue hæc sex per ordinē resoluendo, nullum momentū in eis reperiemus.

¶ De primo. Cū dicit Petrū non misisse, aut creasse apostolos: ergo nō fuerunt ei subditi. Quis nō uideat præstigiū istud. Nō creauit eos Petrus .i. non ordinauit apostolos, qm̄ antecessor xp̄us ordinauit: & misit. Ordinauit inquā in cena sacerdotes, cū dixit. Hoc facite in mei cōmemorationē. Luc. 22. Quomō poterant iterū a Petro creari? Misit etiā eos dn̄s Luc. 6. Elegit duodecim quos apostolos nominauit. Et Io. 6. Non ne uos duodecim elegi? & Math. 10. Hos duodecim misit Iesus præcipiens eis &c. Et iterum. Ecce ego mitto uos sicut oues in medio luporum. Si ergo a domino missi fuerunt, quomodo a Petro erant, alio mittendi? Nunquid Petrus derogare poterat bullæ xp̄i? Et unum dico, nisi eos misisset dn̄s, auctoritatem prædicandi non habuissent nisi misisset eos Petrus. Ad Ro. 10. Quomō prædicabunt, nisi mittantur? Subiciebantur tamen tanq̄ superiori: ut ei coadiutores, & coædificatores. Nam ecclesia xp̄i coædificanda erat per apostolos: sed ordine congruo: qui primo non caret. Ad Ephe. 2. in quo & uos coedificamini in habitaculū dei in spiritu sancto. Sed Petrus creauit, & misit quosdā alios ut pastor, qui nondum fuerant missi, uel creati, teste Egesippo apostolorum uicino, qui de apostolo Petro sic scribit. Ordinauit hos duos episcopos Linū, & Cletum: qui sacerdotale ministerium tam Romano populo, q̄ aduenis bene sentientibus de Christo de fide exhiberent. Misit et per diuersas orbis climata quosdam Sacerdotes et Episcopos. In Ethruria maxime, quæ, ante Petri agonem Christo credidit: &

Luc. 22.
Luc 6.
Io. 6.
Math. 10.
Ro. 10.
Ephe. 2.

Paulinum, quem ex Antiochia comitẽ habuit ad Lucam urbẽ episcopum ordinauit:& misit:qui usq; in præsens non uulgari reuerentia ueneratur,& colitur: & hoc de primo. Item nõ esset alienum a ueritate asserere petrum misisse ad proprias ciuitates,& prouincias apostolos: quos xp̃us misit indifferẽter p uniuersum orbem. Iacobum.n.episcopum legimus Ierosolimitanum,quis eum illuc misit,nisi Petrus collegii apostolorũ uertex:pastor & caput.

Secundo. Petrum non fuisse omnium pastorẽ cum ei dñs non omnes oues,sed oues tantum indiffinite cõmiserat. At apostolis uniuersũ mũdum assignauit,& omnes gentes,dicẽs. Ite in uniuersũ mũdum:& docete omnes gentes. Ergo Petro non subiec. omnem gregem pascendum. Respondeo. Quis non crederet istum niti latenter uelle suggere nobis:q xp̃us nõ fuerit uniuersalis redemptor. Primo:qa & ipse dicit. Oues meæ uocem meam audiunt:& sequuntur me: & non dicit, omnes
Math.1. oues. Et Math.1. Ipse saluũ faciet populũ suũ a pc̃tis eorum:& non dixit,omnẽ populuũ. Et Lucæ.2.filius hominis uenit quærere,& saluum facere quod perierat:& non omne,pronunciat.
Lucæ.1. Si in Petrum militat ratio:ergo & in xp̃um. Et, ut Martinus segniter se gesisse cognoscat, hoc apertum est in sacra lege idem importari per aliquod indefinitum, quod p signũ uniuersale,
Ephe.5. ut Ephe.5. Mulieres uiris subditæ sint .i. omnes mulieres suis uiris subiiciantur. Et nescit homo utrum amore,uel odio sit di
Eccl's.9. gnus eccl's.9. omnis homo ignorat. Et eccl'.15. Qui timet deũ
Eccl's.15. faciet bona,omnis qui timet. Et sic ferme per omnem scripturam decurrens inuenies nisi per p̃cedentia, uel sequẽtia p omnibus non uerificari coartetur. Omnes ergo oues Petro xp̃us cõmisit per illud dictum, Pasce oues:ac si omnes dixisset: cum non appareat, quare quædam subterfugere habeat Petri pasturam,quo ad auctoritatem Petri.

Tertium. cum dicit Paulum non subesse Petro: quia e cœlo uocatur:et emittitur a xp̃o. Hoc supra solutum est. Non misit illum Petrus,quia missus iam fuerat, sed nõ p̃pter hoc Paulus Petro nõ subiiciebatẽ: sicut cæteri apostoli sicut ipse Paulus ad Galath.1.patentissime ostendit in signum reuerentiæ:quam
Galath..1. Petro gesserat. Post annos tres (inquit) ueni Ierosolimam uidere Petrum:et mansi apud eum diebus 15. nota ibi misterium ex uerbis Pauli pro dignitate:et potestate Petri. Nam et Ierosolymis tunc erat Iacobus frater domini Ierosolymitanus ep̃us:

& non gratia uisendi Iacobum uenit Ierosolimã: sed propter Petrum. Quid apud te hoc indicat/ nisi q̃ Paulus Petrum in superiorem recognouit.

❡ Ad 4. sequeretẽ q̃ oues pastæ a Paulo nõ essent de ouibus xp̃i ut Corinthii: Galatæ: Colossenses: & Philippenses, quoniã eas non pauit Petrus. Sed quid blasfœmius? Ad hoc soluendũ audi seruatorem pro se, & Petro Luc. 10. dicente; . Qui uos audit me audit: & qui uos spernit me spernit. Corinthii ergo, Galathæ, & alii audientes Paulũ, audiebant: & Petrũ. Et quos pascebat Paulus, pauit & Petrus. Sicut unguẽtũ in capite, quod descendit in barbam barbã Aaron: quod descendit in orã uestimẽti eius. p̃s. 132. Si omne unguentũ descendit a capite, teste dauid quõ ora uestimenti, & si unguentũ recipiat a barba, non id recipit cum a capite descendat in barbam Aaron. Luc. 10. p̃s. 132

❡ De quinto. Petrus peccasset, si omnes oues nõ pauisset. Hoc utiq; concedimus, & omnes Petrus pauit quas pauerunt apostoli: quoniã unguẽtũ pascens, a capite Aaron descendit. Et cu; aliud infers, & hodie peccat Sũmus pontifex, & si nõ Turcas pascit: uel mittit ad eos. Ad hoc dicendum sub distinctione. Vel turcæ de ouili sunt papæ, uel de alio ouili: de quo dñs. Io. 10. Et alias oues habeo: quæ non sunt de hoc ouili: & eas opportet me adducere. Nisi sint de ouili, & pastura papæ, quid ad eum de his quæ foris sunt? Si uero sunt de hoc ouili (quod nõ credo) inuitare eas debet ad pasturam. An faciat: uel ne / scit ille, qui potest, & debet. Satis alienas inuitat, qui pascit suas &c. Ioan. 10.

❡ Ad sextum. Petrus pastor est tantũ Iudeorum (sic eum uocat Paulus ad Galath. 20. Creditum est mihi Euangelium præputii, sicut & Petro circũcisionis) Petrus ergo apostolus est circũcisionis: & Paulus apostolus est gentium: ergo nõ uniuersalis pastor: & per consequens: nec Ro. pontifex. Vide, quid referat, medulitus Euangelium percũctari: uel in cute tm̃ discurrere. Age martine, solue, quæ cõtra insurgunt. Si apostolus Paulus præputii Euangelii tantum est euangelizator: eiq; creditu cur ingessit se ad Hebreos scribere, & eorum fieri obiurgator? Petro (ut dicis) crediti sunt hebrei: quia ei creditum Euangelium circũcisionis. Misit ergo Paulus falcem in messem alienã contra suimet præceptum. Fuerunt ergo omnes oues xp̃i tã; præputii, q̃ circũcisionis, Petro creditæ tamq̃ pastori, & Paulo tamq̃ coadiutori suo. Sed speciali quadam prærogatiua petro creditum fuit Euangelium circũcisionis, & paulo præputii: li/ Galath. 20

cuti desc ipso saluator testatꝰ ē dicēs. Nō sū missus nisi ad oues quæ perierūt domꝰ Israel. Et tñ ad oēs missus est finaliter: & si principaliter ad eas Israel. Sic fuit de Petro. Vis adhoc clarius petrū recognoscere uniuersalē pastorē tā ꝑputii, q̄ circūcisionis?
Actuū.15. audi ipsūmet Petrū actuū.15. Viri fres, uos scitis qm̄ ab antiqs diebus deus in nobis elegit p os meū audire gētes uerbū Euāgelii, & credere. Ecce ꝙ gētes audiuiræ eum erant pluſq̄ Paulū, ut uisum est. Ad aliud ergo te accingere Martine.

ℭ Oppositio.16. Martiuus:

ℭ Secūdū ego rogarē vt adulatores Ro. pōtificis ommitterent terribilissimū verbū allegare pro statuendo primatum eius. Neq; enim terribilius ego verbum in sacra tota scriptura legi, quod Ro. pontificē terrere possit. Primū, quia, pascere: non significat id quod esse primū aut principem: ideo ex ipso nihil aliud probatur, q̄, ꝙ Ro. pontifex debet prędicare: docereq; verbum dei, quod si hoc debet iam ei deponendus est totus iste primatus, die ac nocte in litteris sacris ei versandu3: pure orandū: periculis: & morti pro verbo laborandum. breuiter tota Roma: vt hodie: est longe in alia facie mutanda. Desinant ergo propter deum, verba xp̄i spiritualissima suis cupiditatibus aptare. Hæc enim si Ro. pontifici aptantur. sequitur irrefragabiliter doceat verbū, aut si nō docet nihil ad eū pertinet. Verū magis obserua. xp̄us non imponit pasturā Petro, nisi prius diligat. Obsecro te quid hoc est? non ne sequitur ꝙ, si non diligat, nō sit audiēdus? Nā si vobis audire pastore3 necesse ē, & illi amare xp̄um necesse est, aut si amare

xp̄ū3 nō est necesse: nec audire pastorē necesse est, cū vtrūq; xp̄us copulauit, nec pasturā nisi amanti cōmi sit. Quid hic faciemus? Scio q̄ si recte pensaret hoc verbū q̄libet ep̄us, desperaret se mediū unius ciuita tis pascere oues.

Defensio. 16.

❡ Conclusionē hanc extorquet Martinus .s. Adulatores Ro. pontificis iniuste aptant illud, pasce oues meas p̄pter multa.

❡ Primo. q̄a pascere non significat primatum habere, sed pa scere significat prædicare: docere &c.

❡ .2. Ex quo pōtifex debet docere & p̄dicare, ideo deponēdus eēt ei totus iste labor, ut die noctuq; uerfaretē in sacris literis.

❡ .3. Tota Ro. ut hodie ē, mutāda ē i aliā faciē: & modū uiuēdi.

❡ .4. Si pōtifex docet: est audiedus. si nō: nō est audiendus. q̄a xp̄us imposuit Petro pasturam dicens. Si diligis, pasce.

❡ .5. Desperaret unusq̄sq; ep̄us, si hoc uerbū pensaret. s. Pasce oues meas, dubitās mediū ciuitatis pascere posse.

❡ Circa conclusionē nō diu est morandū: cū potius. s. Augu stinū: Hieronymū: Basiliū: Hilariū: Chrisostomū: cæterosq; docto res sc̄tōs criminet de adulatione, q̄ nos. Nā ipsi sunt interpr̄tes doctrinæ sanctæ: & Petrū, pōtificesq; Ro. in tantā dignitatē extu lerūt: & merito. Si ipsi adulatores sunt: & ego secum, sic mitan te eorum doctrina.

❡ Et de primo cū dicit, Pascere nō significat primatū habere, Immo aptius absq; ambitiōe q̄cq̄ dici nō pōt, q̄d redoleat sim plicitatē & humilitatē xp̄ianā: q̄ pascere. Fert in secū primā po .e, tale nomē pastoris boni Seruator sibi indixit. Ioan. 10. Io. 10.
o sū pastor bon9. Nūq̄d pastorē eē apascēdo dictū primita significet? Et Math. 6. p̄ri deo imponit: q̄ pascat dicēs. Respi Math. 6
te uolatilia cœli, quæ nō serūt, neq; nent: & tñ deus pascit illa. Obserua pseuerātei nūq̄ pastorē in sacra lege cōpies, quin illo denotet primitas, siue in bonū, siue in malū pastor Sūmat. In bonū: ut in exēpla adducta in malū, ut Ezec. 34. Vhe pastoribus Ezechl. 34.
Israel, q pascebāt semetipsos, nō greges a pastorib9 pascebāt &c. Vide primitatē cū ipietate tñ, i pastorib9. qn uid̄ archanū. Paul9 docuit: p̄dicauit: orauit: nec tñ de se ausus est dicere: q̄ pasceret q̄m nō in ip̄o, sed in Petro erat potestas illa pascēdi principalis

Galath.2. ut pastor proprie diceretur. Ideo ad Galath. 2. officium suum, uocat currere, & non pascere, cum dixit, Ne forte in uacuũ currerẽ, aut cucurrissẽ. Cucurrit, pro quanto pauit multas gentes si
ps.147. tractum a Dauid, ps. 147. Velociter currit s̃mo eius. Abstinuit se pastorẽ dicere, quoniã Petro cõtigebat illud. Ad aliud ergo.

❡ De secundo. ex quo pontifex debet docere: prædicare, ideo deponendus est ei totus iste labor &c. Non sic Charitas, quæ omnia potest, concludit, ut ei deponatur totus iste labor: sed potius charitas concluderet: ergo coadiuuandus est in labore
2. thimo. 1. tanto, exhonãte tamen pontifice: ut Paulus Thim. exhortaẽ. 2. Thimo. 1. Sed collabora in Euangelio secundũ uirtutem dei. Quod aũt diuinare audes tertio, dicẽs: ꝙ tota Roma: ut hodie est, mutanda est i aliam faciem, quid uenturũ sit, Deus nouit. Vnũ scio, ꝙ non mutanda est Petri auctoritas, & successorum eius. Xpus. n. mentiri non potest. Fundamentum stabile ecclesiæ, & super petram, quæ xpus est, quomodo mutandũ &c.
❡ Ad. 4. si pontifex docet, est audiendus, si non, nõ est audiendus &c. oppositu3 clamat, & præcipit Petrus: ideo magis ei obtemperandũ puto, q̃ tibi. Scribit enim Petrus. 1. sua Epistola. c.
1. Petri. 2. 2. subiecti igitur estote omni humanæ creaturæ propter deum.
Roma. 14. Et infra. serui subditi estote in omni timore dñis non tantum bonis & modestis: sed etiam discolis. Et ad Ro. 14. apostolus docet sic. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Tam Paulus q̃ petrus te obiurgant. Non ergo nec Paulinus, nec Petrus es, nec tibi credendum.

❡ Quod infers de quinto. Desperaret unusqsq; episcopus, si hoc uerbum pensaret &c. Immo consolaretur confidens in domino: si uerus episcopus est: Nõne iugũ dñi suaue est & leue: Nõne q episcopatũ desiderat, bonum opus desiderat. malus episcopus est: ut ignarus dei: uinolentus: siue percussor & reprehensibilis: certe ita sine spe sit: quia iam iudicatus est. Sed si prius: si sobrius: si gnarus Legis dei: & uigilans super gregem suum: confortetur iste, qui apud deum: & dominũ Iesum
2. petr. 1. habet iuges intercessores: & præcipue sanctũ Petrum: qui ita de se scribit. 2. Epistola. c. 1. Dabo aũt operam: & frequenter habere uos post obitum meum: ut horum omnium memoriam faciatis. Non igitur desperet: sed confortetur cor eius: & uiriliter agat: quia manus domini cum ipso. sequere.

¶ Igitur hoc efficimus: q̄ ista auctoritate nihil probatur, nec valet ad probandum primatum. Si autē aliquid valet, nunc hoc vrgebit non esse episcopum in ecclesia qui non doceat: nec docere aliquem debere, nisi diligat. Hoc inquam, & non aliud, ista verba concludunt, nisi noua grāmatica vsus dicas: si diligis me, pasce oues meas idem sit quod si diligis te, esto primus super ecclesiam totam. Rectius ergo facies, si hoc verbum xp̄i accipias pro exhortatione, īmo pręcepto, non quo oues ad subiectionem: sed quo pastores ad diligendum xp̄um, & pascendū populum astringantur. Porro dilectio xp̄i: vt. B. Augustinus hic exponit: etiam mori pro ouibus xp̄i requirit: atq; vtinam hoc uerbum ad se pertinere crederent Ro. pontifices. Hæc enim est totius orbis q̄rela: q̄ dilectionem, & doctrinam aliis relegantes ad se nihil putant pertinere. Intelligunt enim hęc verba ad populum pertinere: vt per quæ cogere ad subiectionem omnes volunt, & tamen pascua: & auditū verbi (quod verba sonant) nemo vocat. O fœlix ambitio. Si quis vsq̄ inueniretur: qui omnium pastor esse ambiret: quis hunc non libentissime admitteret? Nunc autem libenter permittūt cuicūq; diligēdi, & pascendi officium: sibi vero titulum diligendi, & pascendi: & quę titulum sequuntur, lucra. s. & honores seruant. Desine itaq; a uerbis xp̄i torquendis,

quia ea, quę per hoc pōtifici tribuis pęnitus auferūt: & omnia imponunt, quę non tribuis, & ille q̄ maxime abhorret.

Defensio.17.

¶ Ad cōtumeliā, & iniuriā se cōuertit mō Martinus aduersus Sūmos pontifices, de qua re (ut in principio dixi) abstinendū me decreui cū mea nō intersit ista iudicare. Et (ut ingenue dicā) scio uenturū optabilē pariter, & formidabilē iudicii diem: in quo oēs nos manifestari oportet ante tribunal xp̄i: ut referat unusq̄sq̄ ꝓpria corporis, ꝓut gessit: siue bonū, siue malū, secūda ad Corint. 5. Interim si charitas dei in nobis est (ut clamat Paulus) qs infirmat, & ego nō infirmor? qs scandalizat, & ego nō uror? Ideo taceo: ne dicat mihi a dn̄o. Noli iudicare: & non iudicaberis. Quid aūt uides festucā in oculo fratris tui, & trabē in oculo tuo nō uides? Matt. 7. & quem non terreret æquissimū iudiciū Dn̄i. Quis uestrū sine peccato est: post eam lapidē mittat? An seruas ꝓceptum dn̄i Martine, si peccauerit inte frater tuus, corripe eum inter te, & ipsum solū. Ideo super hoc aliud non dicam. Sed tu procede.

2. Corint. 5.

Matt. 7.

¶ Oppositio. 18. Martinus.

¶ At dicis pascere non potest, nisi sit superior: ergo licet non faciat pastoris officiū, nō per hoc superioris amittit locū. Respō. Quid hoc ad me? Quære ergo alia verba, q̄bus locum potestatis asseras. Hæc verba aut amantē, & pascentē req̄rūt: aut prorsus nulli cōueniūt: nisi iterū noua latinitate diligere plus his: accipias pro eo qd̄ est ꝑesse cæteris oībus, & pascere oīum iura, & opes possidere. Proinde nihil mirū si ꝑmatū tāto ęstu q̄runt: quē si verbis in suo significatu acceptis gerere debēt, nec deū ipsum ꝓ præmio eēnt expectaturi. Vides ne ergo qd̄ sit illudere scripturas: seu (ut modestius dixi) ex frigidissimis decretis ꝓ

batũ hũc ꝓbare? seqtur ex his qd̃ pẽsse cæteris, & nec diligere, nec pascere non est Euãgelicũ: neq; xp̃ianũ officiũ, sed mundanum, & humanum.

Defensio. 18.

¶ Et qm̃ in cõtumelia hac latitat uirus Donatistarũ tenẽtiũ malũ, & impiũ pastorẽ nõ eẽ pastorẽ. qd̃ iste Martinus suscitare ꝓ uiribus attẽtat: cõtra tñ qd̃ antea dixerat, iniquũ pastorẽ esse pastorẽ. At nõ reuocat sentẽtiã dicens. Quid hoc ad me. Hæc uerba amantẽ: & pascentẽ reqrũt (si diligis me pasce oues meas) aut prorsus nulli cõueniũt. Patẽtissime cõfitet̃, nisi diligat. i. nisi bonus sit pastor, ad eũ nõ ptinẽt uerba xp̃i: q̃a pastor nõ ẽ. Sed q̃a dñs ipse iam longe retorsit hoc nepharium dogma cõtra Martinũ, anteq̃ nasceret̃, cũ dixit: Quæcũq; dixerint uobis seruate, & facite: opera aũt eorũ nolite facere Math. 23 ideo aqesco: q̃a dñs plusq̃ pro omnibus ualet. Sequere Martine. Math. 23.

¶ Oppositio. 19. Martinus.

¶ Dic mihi, si subditi erecti aduersus põtificẽ dicerẽt: volumꝰ te audire, nec habere ꝓ põtifice, quibus velles verbis cõpescere. Nũqd his, pasce oues meas? & ipsi dicẽt, qñ autẽ pascis? qñ diligis? vbi opus & res huius verbi? ergo alio cogendi eẽnt, & non isto. Quare seqtur quoq;: ꝙ pius his verbis, nec vlla potestas: nedũ p̃matꝰ, cõmittit̃. Sed potestatẽ hñti officium diligendi, & docendi imponit̃: sicut Petro iam in apostolatum vocato hęc dicuntur. Dicis autem quod per alium doceat, & diligat. Non est nec esse põt: vt per se solũ faciat. Res. admitto. Sed hoc verbo xp̃i non traditur, & alio verbo hanc sentẽtiã astrui opportet: hoc verbum insuperabiliter concludit, aut pastores esse debere etiam ꝑ ipsos amantes, &

docentes, aut si non per seipsos amant, & docent: nihil hoc uerbum ad eos pertinere, atq; ita nihil probatur ex ipso, pro monarchia Romana; sed potius contra pugnatur: cum tot amari & pasci ab vno sit impossibile.

Defensio. 19.

¶ Propter duo affirmat Martinus pontificẽ nõ esse pastorem.
¶ Primo, qa non pascit oues suas pdicando: & docendo.
¶ Secundo, quia non est possibile tot oues xpi ab uno pastore pasci, & amari.
Ezechi. 34. Primum missum faciam, cum nil ad nos de ritu: uel usu. Abunde pro nobis minatur Ezechiel. c. 34. eum tamen pastorem esse scio: & ius habere pascendi dormiente pastore pastor est.
¶ De secundo. Credo xpum non praecepisse impossibile: nec cõmisisse gregem suum: pro quo mortem subiit, uni pascendũ: si eum pascere non posset. Nunqd exiit edictum a Caesare Augusto: ut describeretur uniuersus orbis. Luc. 2. Caesar unus erat
Lucae. 2. et omnem mundũ descripsit. Cur papa in nomiue Iesu totum pascere non potest? Luminare maius unum est per to ũ micans mundum. In papa luminare est sufficiens ad pascendum: et illuminãdum. Quid est quod addit Martinus: φ nõ est possibile tot oues ab uno amari? Q uõ non cuicũq; impatur diliges
Math. 22. proximũ tuum sicut te ipsum. Mathei. 22. Non unus tm̃ proximus est a me diligendus: oẽs ergo, qui tot sunt, quot a pontifice sunt diligẽdi. Possunt ergo tot ab uno amari, Nimium extẽditur charitas, qua operamur bonum ad oẽs: maxime autẽ ad do
Galath. 6. mesticos fidei ad Galathas. 6. Itẽ intellectus non tm̃ ad unius mundi homines extenderetur intelligendo (si plures esse possent) ad tot potens esset uoluntas diligendo: et non ad tot: quin ad plures: ergo &c. Ad aliud transi Martine.

¶ Oppositio. 2. Martinus.

¶ Videmus quidem officium diligendi, & pascẽdi

a pontificibus Romanis tradi episcopis: retento titulo pastoris, & amatoris. Et episcopi eodem nomine seruato tradunt Curatis, Curati Capellanis. Nomē per omnes transit: & hæret: officium transit, & in nullo hæret. Sed & fratres mēdicātes, sūpto ab illis officio, strenue eos imitantur. maiores magrīs, & magrī officium docendi fratribus terminariis imponunt. ipsi nomine officii cōtenti. adeo molestum est verbum dei docere, diligere: & pascere, ꝓpter quod vnum filius dei venit in mundū: misitq; spiritū sanctum, & omnia fecit, vt officium hoc esset offitiosissimum.

Defensio. 20.

¶ Quomodo legisti Nume. 11. ꝙ Martine, quādo locutus ē dn̄s Mosi dicēs. Cōgrega mihi septuaginta uiros de senioribꝰ Israel, & auferam de spiritu tuo: tradamq; eis: ut substentēt onus populi: & non tu solus graueris. Ius ergo diuinū est: & ab eo emanauit: inoleuitq; consuetudo, ꝙ officiū pascendi exerceā t & episcopi, & curati, plebani usq; ad postremū: ne solus papa grauetur supra uires: cūmodo: & ipse pascat. Quod si secus facit, deus ipse nouit. Nos interim pascimur in filiis donec aspiret dies: & inclinetur umbra; ut in Canticis habetur. c. 4. Numeri. 11 Cantic. 4

¶ Oppositio. 21. Martinus.

¶ Quod si satis est per alium docere, quid amplius facit episcopus q̄ laicus? Nōne vel turcam potest iubere: aut permittere, vt alius diligat & pascat? Quid ergo necesse fuit Petro tot vicibus repititis mādare

hoc officiũ & tam insuper vrgere? est iste modus euã gelii interpretandi, Pasce oues meas. i. permitte, iu/ be vt alius pascat? Si ille alius item per alium pascat & tertius per quartũ, ac sic sine fine vsq; ad neminẽ, vbi manet verbum xp̃i? aut qua decentia cæteri seq̃/ ces pascent quando primores, & qui plus his debẽt non pascunt Cur xp̃us non fecit idem? Cur Petrus non etiã ociatus per alios pauit?

Defensio. 21.

℃ Dum in calũniã imoraris in calũniam te dimittã Martine. Nemo xp̃ianorum est: qui nesciat q̃ anima quæ peccauerit ip sa morietur. Limina principalis intenti, hæc exeunt. Discepta/ tio nostra uersatur de potestate papæ: & de iure pascedi: i. ut pa scat uel, ne, hoc dei est recognoscere.

℃ Oppositio. 22. Martinus.

℃ Igitur si ista uerba ad pontificiam potestatem co gas seruire in neruũ res tua ibit, & concludes a tem/ pore Gregorii magni non fuisse pastorẽ in Roma/ na ecclesia. Hic. n. fere vltimus est eorum qui sacras litteras tractauerũt. Quare si gloriaris dictum esse Petro diligis me plus his, bene fac hoc & viues, dili ge plus cęteris, pasce plus cęteris, & induẽtur arietes ouiũ: & valles abũdabũt frũmẽto: clamabũt & hym nũ dicẽt. Quod si p diligere plus his ĩtelliges te aliis p̃ esse, iã in verba xp̃i alienã intrudis intelligentiam. Nõ. n. aliqd iubet subditis p hæc verba, sed Petro. Nõ dicit: estote oues sub Petro, sed petre, pasce oues meas, Et tñ illud volũt, & hoc volunt. Credo itaq;

manifestissimũ esse has duas Euãgelii auctiritates ni/hil ad rẽ facere, & frigidissimũ atq; ineficax esse quicqd hucusq; per ipsas in hac re formatum est.

Defensio.22.

¶ In pacato animo inuadit iterũ põtifices, duo ꝓ se proponẽs Primũ.in eccl'ia Ro.nõ fuit pastor a tpe Grego.magni(ipse ultimus fuit)tractans sacras litteras. Secũdũ Petrus nõ habuit po/testatẽ super oues xp̃i per illud uerbũ, Pasce oues meas:quoniã nihil ouibus iubetur. Non dixit xp̃us. Estote oues sub Petro. sed ei precipitur ut eas pascere deberet.

¶ De primo. Nõ minus heretice q̃ in honeste cognosco ho/minẽ fuisse oblocutũ: ꝙ a Gregorio magno deinceps nõ fuerit pastor in ecclesia dei,ubi post Gregoriũ Bonifacius quartus,q ob inclitã:& sanctã uitã aphoca Cæsare obtinuit Pantheõ: & in honorẽ uirginis omniũq; sanctoꝝ dedicauit? Vbi deus dedit? Hunc ferunt tantæ sanctitatis fuisse: ut quẽdã obuiũ elephantiæ morbo laborantẽ osculo lepra statim liberauerit. Idẽ legitur de Agathone ob sanctitatẽ fecisse. Adeo datus sanctissime mo/rit: q tam in uitaq̃ in morte miranda fecit.De Leone secũdo extant operat& greca:& latina in monumentũ sanctitatis: & do/ctrinæ.Et de Bñdicto secũdo qd dicẽdũ?& de multis aliis quorũ nomina scripta sunt in libro uitæ.Modeste utiq; dicere debebat Martinus in laudẽ Gregorii, qđ ita uixit:ut usq; ad tẽpora nr̃a neminẽ ex successoribus parẽ habuerit.Hoc facile concedimus:& nihil ultra. De secũdo.Petrũ pastorẽ nõ esse,qa ouibus nõ fit præceptũ:ut subsint petro,hoc aliud non infert,nisi:ꝙ xp̃s nõ fuerit oium dñs. Et cũ sancti seniores nr̃i.secũdũ. ꝑs de xp̃o exponãt,qñ dr̃:Cõstitutus sum Rex ab eo, & nos ecõtra dicere possemus ꝙ xp̃s statuit Rex a deo sup nos: sed nõ nobis iubet ut suiamus ei. Quid tũc stultius dici posset? Et Gen.1.cũ dñs dicit.Dñamini piscib9 maris: & uolatilib9 cœli,cur nõ erigũt bestiæ dicẽtes. Estote uos dñi sup nos:Sed nos nõ sum9 subter nos.Vel ut legit Gen.27.Isaac bñdixisse Iacob,dixisseq; ei esto dñs frm tuoꝝ:& incuruẽtur ante te filii mr̃is tuæ.dicere pote/rãt fr̃es Iacob.Nolumus te in superiorẽ:qa tibi imp̃auit pr̃, ut dñs fieres nr̃um,nõ nobis p̃cepit: ut serui fiamus tibi. Similia dicit Mart. de Petro& ouibus.Etquãto sale sint cõdita,tu uide.

Bonifaci9.
deus dedit
Agatho.
Adeodat9.
Leo.
Bñdictus.
psal.2.
Gene.1.
Gene.27.

Hucusq; aduerbum Martini Lutheri Rationes, qbus aduersa-tus est pontificis potestati: & dignitati fideliter relatæ sunt: nunc autem: ut magis sæuiat magisq; infensus fiat, quosdam Canones sanctorũ pontificum garrit. Et quia impossibile foret hũc uerbosissimum, & obloquacem hominem (ne dicam uulpe-culaȝ) per omnes anfractus insequi sine stomacho. Ideo quædam in quibus grauius: & apertius deliquit adducemus spretis superfluis obtrectationibus suis. Debita tamen impugnatione apposita: ut non glorietur de stultitia sua &c.

¶ Oppositio. 23. Martinus.

¶ Ex his iam facile est decreta iudicare q̃ infirmi-ter sint ꝓbent: quod vt clarũ faciã: aliquos adduco. Primus est Leo distinctione. 29. c. Ita dñs nr̃ (in-quit) Iesus Christus &c.

Defensio. 23.

¶ Aegre fert Martinus decretum huius pontificis dicentis, & statuentis Petrum caput totius corporis ecclesiæ: ideo dicit istũ sanctum pontificem humana fuisse passum: & dixerit hoc hũa-ni affectus labilitate, & habuisse profunde mentem occupatã. Sed cum ad cõuitia se conuertat: in eisdem nos dimittamus: ut insordescat adhuc.

¶ Oppositio. 24. Martinus.

¶ Secundus est Leo quartus distin. 20. c. de libellis dicens. Quam ob causam luculentius: & magna voce pronunciare non timeo: quia illa quæ diximus sanctorum patrum statuta: quæ apud nos Canonum nomine prętitulantur &c.

Defensio.24.

¶ Affirmat iste pontifex neminem recipere catholica fidem, nisi recipiat Canones:& decreta pontificum. At Martinus increpat eum tamq̃ minus timentẽ,& nimis audentẽ,æquãdo humana statuta euangeliis. Sed iste insolentissimus homo nõ uidet istum pontificem fundasse dictum suum super celebre testimonium Augustini dicentis. Euangelio enim crederẽ nisi quia ecclesiæ credo. Ideo abeat iste Martinus.

¶ Oppositio.25. Martinus.

¶ Tertius. distin. 21. c. Clero. põtifex inquit. Princeps sacerdotum est, vel esse dicitur quasi via sequẽtium. Ipse enim summus sacerdos est, ipse pontifex maximus &c. Hoc videtur Isidori cõmentum esse, quem diuinatorem contemptũ præterissem cũ erroribus suis, nisi viderem hinc hodie sũmi a nõ nullis, ꝙ papam imperatorem, maximũq; pontificem iactant. Ideo non inter Canones: sed inter canes eum deputo.

Defensio.25.

¶ Isidorum nunc tolerare non potest Lutherus, auctorem huius. c. Clero affirmantem: ꝙ pontifex sit princeps sacerdotum: a quo dicto multi sũmunt,& affirmant hodie papam imperatorem esse: & maximum pontificem eum iactant. Et corrigit decretum istud per alia nõnulla oppositum dicentia: ut illud distin. 99. c. Primæ sedis. Quod decretum interdicit ne qs appellet primæ sedis episcopum:& principem sacerdotum: uel maximum pontificem. Pelagium: & Beatũ Gregoriũ similiter ꝑ se adducit prohibentes, ne tantis titulis pontifices prætitulẽtur. Et quantum se exaltet:& in cœlum se efferat ex contradictione

ista reperta in decretis, Isidorus dicit unũ: & Pelagius: & Gregorius contrariũ affirmant. Hac de causa non solũ frigidissima sunt decreta: ut crebro dixit, sed charitaté uulnerãtia. Sed ad cõciliandũ contradictioné, ut gnar9 sit iste Martinus ineptiæ suæ, sanctũ Augustinũ cõuenio in homelia sup Iohem: qui similẽ cõtrarietaté dilucidat de sancto Iohe baptista. Nã interrogatus Iohes negat se pphetá esse, nedũ plusq̃ prophetá: qué tñ xp̃us affirmat plusq̃ prophetá esse. Per hoc solutus est nodus Martini. Oblata sunt pontificibus epiteta: non ipsi pontifices semet talibus decorant.

Oppositio. 26. Martinus.

Quartus, Anacletus distin. 21. c. in nouo testamẽto post xp̃um a Petro sacerdotalis cepit ordo: qa ip̃i primo pontificatus in ecclesia xp̃i datus est: domino dicente. Tu es Petrus &c.

Defensio. 26.

Anacletus iste acrius corrigitur octauo loco a **Martino**, & iniuste: ad eũ locũ igitur remittimus eum.

Oppositio. 27. Martinnus.

Quintus. Pelagius eadẽ distin. 21. Sancta Romana ecclesia catholica & apostolica nullis synodis cõstitutis cæteris ecclesiis prælata est: sed Euangelica voce domini: & saluatoris nostri primatum obtinuit. Tu es, inquit, Petrus &c.

Defensio. 17.

Taxat de audacia istum pontificem Pelagiũ affirmanté Petrũ habere maioré auctoritateȝ: & infert in textu illo, Pelagius. Quanto gradus excelsior, tanto maior auctoritas inuenitur. cui aduersatur Martin9 pbans Petrũ nullã habere auctoritaté p̃ aliis aplĩs: imo cõtra apl̃i i Petrũ habuerũt auctoritaté: ut Actuũ

8. scribit q̄ apostoli miserūt Petrū & Iohēm. Iste. n. usus est Ar
rii argumēto ꝓbantis filiū nō esse æqualē pr̄i. Arguabat maio/
rē esse q̄ mittit: minorē q̄ mittit. filius aūt missus est a patre. Ioā. Ioan. 10.
10. Quē pr̄ sanctificauit, & misit in mūdū. Et de spū sancto qui Luc. 24.
mittitur a filio. Luc. 24. Mittā ꝓmissū pr̄is mei in uos. Falsum er
go apparet qd̄ assūmit, maiorē mittē minorē: ut in diuinis exē
plificauimus. Et (ne ad hūana se recipiat) & hoies minores mi
sisse maiores in sacris litteris ꝑspicuū sit. 1. Regū. 16. Isai. pater 1. Reg. 16.
Dauid misit filiū suū Dauid iā unctū in regē ad Saul, minor
tūc misit maiorē: ut apostoli fecerūt mittētes ad Samaritanos pe
trū: & Iohē; depcādo, & non p imperiū ad egregiū & solemne
opus baptismi.

ℂ Oppositio. 28. Martinus.

ℂ Sextus. Nicolaus papa eadē distin. c. inferior vo
lens robustissime probare: q̄ inferior non potest su/
periorem absoluere.

Defensio. 28.

ℂ Negligit multū decretū Nicolai pōt. eo q̄ dicat Ro. eccl'ia;
mr̄em eē cūctaꝝ ecclíaꝝ, & exēplificat alias ecclias instar Ro/
manæ: sicut securis ad secantē in ea. p illud Esa. 14. Nūqd gliat̄ Esa. 14.
securis cōtra eū q̄ secat in eā. Dicit Martin9 hoc nō eē ueꝝ: q̄m
Ierosolimitana p̄cessit Romanā sicut expl'le: p; p Paulū ad Ro.
15. At nos soluimus hoc in p̄cedētibus cōcedētes ecclīam Iero/
solimitanā tpe fuisse anq̄ Petrus Romā aduētaret, tūc. n. trāstu/ Ad Ro. 15.
lit sedē & dignitatē: ūc Hester obtinuit locū uasti reginæ. Et sicut
iacob emit primogeniturā Esau, Gen. 25. ut populus maior ser/ Gene. 25.
uiret minori ad Ro. 9. Facta est ergo mr̄ Romana ecclia oiu; Ad Ro. 9.
aliaꝝ, & libera est: q̄ libertate xp̄s nos liberauit: Ierosolimita
na sub tributo remanente.

ℂ Oppositio. 29. Martinus.

ℂ Septimus. Nicolaus iterū distin. 22. c. Oēs siue
p̄riarchaꝝ, siue cuiuslibet apicē, siue metropoles pri
matus, aut ep̄atuū cathedras: vel ecclíaꝝ cuiuscūq;
ordinis dignitatē instituit Romana ecclesia &c.

¶ Tanto persequitur odio Martinus: Nocolaum hunc papã pro Romana ecclesia loquentemq́ꝫ appellat eum impium, & mentitorem: & repræhendit seipsum Martinus de nimia modestia: cum olim uocasset frigida decreta: cum ea impia dicere debuerat: cũ uox ista Nicolai impissima sit blasphemia. ¶ Parum uidetur Luthero in Petrum tot blasphemias euenisse: quod etiam matricida efficitur, non matrem eiicit manus. Quomõ Romana ecclesia non est mater: cum necesse sit omnes homines ab una matre procedere carnali. Gene.3. Vocauit Adã nomẽ uxoris suæ Eua: eo, ꝙ mater esset cunctorũ uiuentium. Nunqd sponsa xpi infœcundior erit ad suos fideles? Vna est ergo mater cunctorum fidelium: quæ ecclesia catholica atque Romana nuncupatur.

Gene.3.

¶ Oppositio.30. Martinus.

¶ Octauus. vt finem faciamus horum deplorandorum interpretum scripturæ diuinæ est iterum Anacletus eadem distin. 21. c. Sacrosancta. Sic enim ausus est qsquis fuerit ille barbarissimus notarius et tanto pontifici tribuere tantam inscitiam: & temeritatem &c.

Defensio.30.

¶ Esto, ibi sit Anacletus, ubi laude non crescat, & uituperatione non minuatur: ab homine tñ terreno, & mortali canino dente laceratur: præsertim de duobus. ¶ Primũ ꝙ dicat Anacletus. Soli petro claues datas. ¶ Secundũ affirmet, ꝙ inter apostolos fuerit quædã discretio potestatis: & utrumq; impugnat Martinus. De primo dicit. Si soli petro sunt claues datæ & non uniuersali ecclesiæ: cur non uocantur claues Petri? cur non uocant ecclesiæ Romanæ: &c. Ad quod nos dicimus; ꝙ secundũ idioma nrũm: & claues Petri & ecclesiæ Romanæ dicuntur, qcqd sit de idiomate Martini: postq̃ secundũ rigorẽ modi loquendi

laicorũ probant ista ad summũ negociũ pertinẽtia. Respõdeat cur nõ dicantur claues xpi: qa xpi sunt? Nõne ad placitũ sunt indita rerum uocabula?.

¶ De secundo, dicit Martinus de Anacleto sanctissimo martire, Vbi legisti belua, ꝙ a dño concessum est Petro habere discretam potestatẽ ab aliis? Vide, quæso, humilitatẽ, & modestiã xpianã in Martino de sancto uiro. Potuisset tñ respondere sanctus uir Anacletus legisse potestatis discretionẽ: & distinctionẽ in sacro Euãgelio omnibus fidelibus noto Math. 16. Tu es Petrus, & super hanc Petram &c. Et Io. ultimo. Petre, pasce oues meas. Quando hoc aliis dictum est a dño? Sciebat enim dñs Iesus pluribus loqui, dum pluribus cõmittebat officiũ: & uni qñ singulari personæ aliquid credebat. Quin uide absconditũ ministeriũ, piscatorem solum non statuit Petrum: sed & Andream: & Iacobum: & Iohẽm. Math. 4. Venite post me faciam uos fieri piscatores hominum. Plures discipulos piscatores facit: & solum Petrum pastorem constituit. Ad trahendũ ad se eos, q extra sunt, libera, & fraterna charitas omnes cogit sed custodire, & pascere iam habitos, paterna, & pastoralis dignitas tantũ hoc expostulat: quam in solo Petro dñs collocauit. Anacletus ergo hæc legit: recte legit & credere sub anathemate pcepit. Decebat .n. eũ recte sẽtire: recteq; dicere. Apposuit postremo Anacletꝰ interpretationẽ nominis huius, Cephas: quod interpræatus est caput. At Martinus in eum dicit. Itaq; inscius est iste Scænicus: & poeticus Anacletus: ut Cephã caput interpræteť, contra euidẽtissimum: & apostolicum testimoniũ. Io. 2. qui dicit. Intuitus eum Iesus dixit. Tu es symon filius Ioanna, tu uocaberis Cæphas, qd interpretatur Petrus. q. d. Quomõ interpræari ausus est iste Anacletus nugator, Cephas. i. caput. Sed ignoranter redarguitur Anacleti interpræatio. Non. n. negat iste: ꝙ Cephas interpretetur Petrus, uel rupis: aut soliditas, ut Hieronymo placet: sed addit aliũ modũ interptandi secundũ Græcos: quoniam ipse Anacletus Græcus fuit. Est ergo Cephas. i. caput: sicut: & beatus Hieronymus exponens, Ierusalem. uisionẽ pacis significat, sed syriace interpretatur timor perfectus. Et Dauid, Hebraice. i. pulcher aspectu, syriace fortis manus. Non ergo de inscitia rephendendus erat sctũs: & eruditus uir. Anacletus.

Math. 16. Io. ultĩo. Math. 4 Io. 2. Cephas Ierusem Dauid

¶ Oppositio. 31. Martinus.

k

¶ Non possum aūt ómittere, quin & decretalem, vel unā adducā, vt appareat quid prosit ecclesias re/gere, & scripturas sacras non intelligere &c.

Defensio.31.

¶ Excandescit hic nimis cōtra pascalē papā nolentem cōferre palliū archiepiscopo panormitano, nisi medio iuramento de fidelitate erga Romanā ecclesiā. Propter ea pascalis decretalez unā pro hac re promulgauit, qua cōuincitur recte exigi: iura/mentū. Cōtra quē inuehit Martinus in explicabili uerborꝫ uolucro: quæ oīa simul dimittā: cū potius ritū malū: uel abusū carpent. Hoc unū expediens esse duxi probandū, nō repugnare scripturæ sacræ in casu exigere iuramentū in scismatis, & scan/dali remedium: licet iuramentū illicitum, superfluum interdi/cat dñs, dicens. Sit sermo uester est/est: nō/nō: quod aūt abun/dātius est a malo est. Extra. s. tempus necātis. Quod aūt iuramē/tū exigi possit iuste, paulus ad Hebreos. 6. oīs autē controuersiæ finis ad cōfirmationē est iuramentū. Et Gene. 24. Abraā uir san/ctus a seruo suo expostulat iuramentū sub femore, ut non assū/mat uxorem filio suo Isaac de filiabus Cananeorꝫ &c. Nō ergo iniusta res est. Iuramētum comitibus suis stipatum &c.

Ad hebre. 6
Gene. 24.

¶ Oppositio. 32. Martinus.

Cum ergo mihi satis esse potuerit, ꝙ scripturæ san/ctæ auctoritas mecū est: qua probatur primatuz ec/clesiasticū iure diuino nullum esse: tamē ne solas scri/pturas tractare uidear, iam & aliorum sententias au/diamus cum rationibus. Primus est dominus Hie/ronymus in Epistola ad euagrium sic scribens. Le/gimus in Esaia. Fatuus fatua loquitur &c.

Defensio.32.

¶ Contendit Martinus perseueranti obstinatione: ꝙ iure diui no episcopus sit idem: ꝙ presbiter: & si quoquo modo præcel

lat,hoc est ab hũano iure, inferens per hoc ꝙ papa cum sit epi/scopꝰ iure dei nõ sit plusq̃ presbiter: & in testimoniũ sui cõue/nit.S.Hieronymũ ad euagriũ quæ Epistola ponitur integra 95. distin.c. Legimus'. Qua & si sanctus Hieronymus ex intẽtio/ne affirmet:pluribusq; testimoniis sacræ scripturæ ꝓbet episco/pũ: & presbiterũ æquari: & æquale esse: nõ tñ hoc sentit de sum/mo põtifice. Immo de illo oppositũ ꝓbat:ꝙ summus pontifex uniuersalis sit epus:& totiꝰ ecclesiæ,:.ũ nõ sint plres ecclīæ,sed una in se l3 loco distinguãtꝰ i mlīas eclīas. Et ecclīæ uniuersalis unus est epus iure diuino:& ad hoc ꝓbandũ dicit sic. Nec alte/ra Ro. urbis ecclesia,altera totius orbis extimãda est: & galliæ: & Britanniæ:ná & Aphrica,& Persia,& Oriens,& India,& om nes Barbaræ natiões unũ xpum adorant: unã obseruant regu/lã ueritatis. Videq̃ eleganter: & expresse.S. Hieronymus uni/uersalis ecclesiæ:quæ una est fateatur unum esse. Episcopũ non humano iure præ aliis:ut cæteri fiunt:sed diuino. Et si quæreret huius rei diuersitatem. Vnde sit:ꝙ epus uniuersalis ecclesiæ iu/re sit diuino:cæteris episcopis humano iure ordinatis. Respõ/det:S. Hieronymus quasi causam assignãdo,quia orbis maior est urbe:episcopus uniuersalis ecclesiæ totius orbis est epus:& alii sunt urbium particularium:quasi inuere uellet: ꝙ sicut or/bis a deo sit,& factũ credimus: urbes uero humana industria: quarũ author primus Caym fuit.Gene.4.ædificauit Caym Ci/uitatem:& uocauit nomen eius ex nomine filii sui Enoch. Eo/dem ordine & iure a deo sit uniuersalis ecclīæ epus:epi singu/larꝫ urbiũ hũano iure sunt ad inuenti: qa orbis maior est urbe. De quo uniuersali episcopo,quẽ papã appellamus, subsequitur dicẽs. Vbicumq; episcopus fuerit ille.s.totius orbis siue Romæ tamq̃ in sede sibi apropriata:siue Eugubii:siue Constantinopo/lis:siue Rhegii:siue Alexãdriæ:siue Athenis, eiusdeʒ meriti est: & eiusdem sacerdotii. Quid aũt habeat Martinus ꝓ se,tu ipse indica. Et qm̃.S. Hieronymus sancti Petri dictũ.1. Epistola sua notat in quo se scribit cõpresbiterũ dicẽs sic Petrus,precor ego cõpresbiterũ & testis passionũ xpi,& futuræ, quæ reuelanda est glīæ particeps,regite gregẽ xpi. Quibus uerbis Martinus accin ctus infert Petrũ esse parẽ aliis epis:& nõ superiorẽ. Cui nos di/cimus:nõ solũ Petrus uocat se cõpresbiterũ,ut testaẽ.S. Hierony mus,uel consenatorem:ut litera nũc nostra habet.c.ultimo pri/mæ suæ epistolæ:sed appellat se etiã: & hoiẽ. Actuũ.10.ad Cor neliũ dicẽs. Nã et ego hõ sũ:ergo nõ fuit piãte maior Cornelioꝫ

Gene.4.

1.Petri.

Actu.10.

deutero.18 Item Deutero.18.promittit Moses xp̄um uenturū dicens Pro/phetam de gente tua, & de fratribus tuis sicut me suscitabit dn̄s. xp̄us est sicut Moses, ergo non auctoritate maior? Postremo sequitur. ꝙ xp̄us sit tm̄ æqualis presbitero, ut ex tua deductiōe arguam sic. Episcopus idem est: ꝙ presbiter: sed xp̄us fuit ep̄us,
1.Petri.c.2. Petro attestante.1.Epistola.c.2. Eratis.n. sicut oues errantes: sed conuersi estis nunc ad pastorem, & episcopū animarum uestrarū: ergo xp̄us presbiter. Si presbiter ergo & cōpresbiter. Sicut Pe/trus cōpresbiter. Ideo fateri oportet: ꝙ lȝ Petrus cōpresbiter sit: tñ longe potestate maior: ut Martinus compescat labellū &c.

Oppositio.33. Martinus.

Addo tertium decretum eadem distin.95.c. ep̄us. Episcopus quolȝ loco sedens stare presbiterum nō patiatur. Et alio.c. episcopo.

Defensio.33.

Prosequitur Martinus per hoc decretum Carthaginense: & credit ostendere papam parem esse presbitero. Sensum extor/quet: cū non de primo pontifice hoc dictum sit: sed de quolibet alio hūano iure facto, qd̄ cōcedimus: sed his haud cōtētus Lu/therus subticere non potuit uenenatum uirus, quod gerebat in corde: ideo subdit dicens. Ex quo sequitur ulterius, si primatus Romani pontificis uergere incipiat in ecclesiæ detrimentum, omnino tollendus est de ecclesia &c. Iste uellet entia male di/sponi remouendo unitatem principatus, natura & deo repu/gnātibus. Primatus a deo institutus uergere non potest in ec/clesiæ detrimentum: lȝ qnq; primas ipse: uel quia male institu/tus, uel propter castigationē impiorū sit impedimento: uel scā/dalo: ut Esa.4. dicitur. Sic populus: sic & sacerdos. Tunc per cō/
Esai.4. ciliū esset priuādus hereticus si reperiatur: ut de multis legim9. uel per orationem ad deū tollendus: quia hoc genus demonio/rum non eiicitur, nisi in ieiunio: & oratione. Et qui in oratiōe non sperat, filius est diffidentiæ. Per orationem sunt ergo com/pescendi mali prælati: & non in agmine uiolentorū, ut Marti/

nus optaret. Non ergo primatũ ipsum dicimus male institutũ in repu. xp̄iana a dño optimo Archimandrita fundante illo super petram, & dicitur Mathei. 7. si descenderit pluuia, & uenerint flumina, & flauerint uenti (ut temporibus decem imperatorum persequentium ecclesiã dei fuit) non cadet, aut labetur: quia fundatus est primatus supra firmã petram. Quo ergo spũ dixerit iste primatum posse in ecclesiæ detrimentum, iudicet omnis fidelis. Math. 7.

¶ Oppositio. 34. Martinus.

¶ Huc Cyprianum voco, quem & beatus Augustinus allegat li. 2. c. 2. de baptismo, dicẽtem. Neq enim quisq̃ nostrum episcopum se esse episcoporum cõstituit: aut tyrannico tenore ad obsequẽdi necessitatem collegas suos eligit &c.

Defensio. 34.

¶ Pro se Cyprianum recipit Martinus: cui tamẽ e regione cõtradicit. Concionauerat autẽ Cyprianus in synodo Carthaginensi (cuius ciuitatis ipse erat episcopus) in consessu. 87. patrum: ut ex gestis illius sanctæ synodi colligitur: & pro quodã negocio cuiusdam episcopi accusati dixerat Ciprianus. Quãdo habet omnis episcopus pro licentia libertatis: & potestatis, ab alio iudicari non possit: sed expectandũ est iudicium domini nr̃i Iesu xp̄i. Quæ uerba Martinus ad suum trahit propositum dicens: ꝙ palã hic gloriosus martir ait tyrãnidẽ esse unum episcopum ab alio iudicari, siue a papa: cũ sit episcopus. Et nõ penetrauit Martinus ad exta huius rei: ideo tam de facili enuntiat. Nam in synodo illa agebatur de quibusdã occultis, quorum iudicium ad homines non expectare certum est, Hac de re Cyprianus consuluit expectandum esse iudicium dñi nostri Iesu xp̄i: ut & fecisse Salomonem legimus. 2. Paralip. c. 6. Qui cum esset Rex, omnium facinorũ iudex erat in facie hominũ perpetratorũ. Sed ea quæ latent mentẽ humanã iudex iudicare 2. Paralip. c. 6.

non potest:ideo ibi Salomō deprecatur deū: ut iudicet impios: ut ibidem manifeste habetur: & de clādestinis exorat. Sic fecit & consiliū dedit. S. Cyprianus in nullo derogare intēdens Sūmo pontifici: de cuius potestate abunde, & patentissime loquitur: ut ponit. 24. q. 1. c. Loqtur. Vbi dicit. Loquitur dñs ad Petrū Ego dico tibi: qa tu es Petrus, & sup hāc petrā ædificabo ecclesiā meā &c. Quæ habētur ibi pro dignitate: & potestate Petri per aptissima exempla. Vnde perspicuū est: q̄ hæc omnia nō uidit Martinus: ideo grauiter lapsus est. Modo ad alia.

ℭ Oppositio. 35. Martinus.

ℭ Audiamus iam ipsum caput omniū quid sup huius monarchiæ statu definierit. Nā hic præscius futurorū questionē hanc prior omniū, & dedita opera dissoluit, & tot adhuc seculis super ea certatur: quasi verba xp̄i fumus sint, & inanis fabula. Dicitur itaq; Luc. 22. Facta est aūt contentio quis eorum videretur esse maior. Dixit autē eis, Reges gentium dominātur eorum: & qui potestatem habent in suos benefici vocantur. Vos autem non sic: sed qui maior est vestrum, fiat sicut minor.

Luc. 22.

Defensio. 35.

ℭ Ad xp̄i testimoniū se remittit Martinus: ut fidē astruat maiorē cōtra Petrū: & successores suos: ut pbet nō habere potestatē, introducit sententiā diffinitiuā xp̄i dicētis: q̄ nō erit inter discipulos sicut inter principes gentiū: qbus q potentior est, maior & primus habet: nō sic erit inter uos (dicit dñs). Et idē referūt oēs Euāgelistæ. Marc. 9. & . 10. c. Math. 18. & Luc. 22: et. Ioan. 13. Idē cōfirmat, q non est seruus maior domino suo etc.

Mar. 9. & 10
Math. 18.
Luc. 22.
Ioan. 13

ℭ Itaq; omnia uerba hæc Martini sagaci mente plustrans reperio subdola, et equoca esse: et per amphibologica decurrere, et uariū generare sensum. Si iste Martinus per sententiā xp̄i ad discipłos credat pbari Petrū primū apostolorū non obtinuisse

maioré potestaté præ aliis: Certius fallit,& fallit. qm̄ repugnat euágelio,& sententiæ seruatoris dicétis. Principes gentiū domi nātur eorū:& qui potestaté habét bñfici uocant:nō sic inter nos q.d.dñs, inter uos aūt qui maior ē potestate sit uester minister sicuti & ego ministrarī ueni :& nō ministrari. Patéter docet inter discipulos esse maioré:nisi utamur noua grāmatica , & passiuo p actiuo: & tunc oïa in sacra lege ad uarios : & beluinos sensus traherétur. Fateē ergo dñs maioré esse aliqué inter discipulos, ut uerba euágelii expresse sonant,& declarát. Et nullus(nisi bi/ lé patiatur) secus potest sentire. Si uero uerba martini ad falsū tuū,& ad abusu; plato℞ cōuertantur:iá plures p:estatus sum:& iterato p:estor me ieiunū,& abstemiū uelle ptransire. Nō ego tā tus sum.qui possim male parta tueri. Certū est.n.φ dñs depra uatū modū imperádi.et gubernádi rempub.sua; corrigere uo/ luit, cū dixit.Nō sic erit inter uos.Sicut et apl̄us Paulus.2. Thi. 2.ad Thi.2. secūdo.Nemo militás deo implicat se negociis secularibus. Et nō ultra cōcludūt uerba Martini:nec ad potestaté extédunt etc.

Oppositio.36. Martinus.

Nunc ex historiis & rationibus . Prima est ipsa actuū aposto lo℞ vbi Petrus æq̄lis scribitur cæteris apostolis. Deniq; c. 15. Sermonis confirmationem a Iacobo accepit.

Defensio.36.

Munit opinioné hanc suam Lutherus contra Petrum:et pō/ tifices Historiis Numero. 16. Eget enim multis pro suo men/ dacio , ut uerum simulet. Nūero.16.

Actuū.15.

Primo. Iacobus confirmauit dictum Petri Actuum.15 . tāq̄ Episcopus Ierosolimitanus dicés. Ego iudico. Quod non fe/ cisset si petrus caput ecclesiæ fuisset. Ad quod dicimus.Oppo/ situm demōstrat historia illa : quoniā primo sup ré locutus est petrus sicut primus pastor:et uerba petri testanē suá auctoritaté.

Dixit enim. Viri fratres: uos scitis, quoniã ab antiquis diebus deus in nobis elegit per os meum audire gentes uerbum Euãgelii, & credere. Nonne ꝓseferunt uerba illa primã auctoritatẽ in Petro, cum dixit per os meum? Et tandem deffiniuit, & terminauit quæsitum illorum: quo facto Iacobus sicut Diocesanus reassumpsit uerba Petri, sup quibus dixit. Ego iudico &c. Confirmauit Petri sententiam, non ut maior, sed ut inferior cõfirmat dictum superioris sui. Petro auctoritatiue incũbebat cõfirmare Luc. 22.. Et tu aliqñ conuersus confirma fratres tuos.

Luc. 22.

¶ Item. Nõne Petrus statuit: ꝙ Iacobus episcopus Ierosolimitanus esset? Et probat. Iacobum Ierosolimitanũ Epũ legim9 in actibus apostolorum: nec instituit eum dñs: eo q post ascẽsionẽ factus fuit: nec a ipso Iacobus episcopatum Ierosolimitanum suscepit: ergo a Petro, tamq̃ a pastore uniuersali factus est una cum aliis apostolis. Non ergo debebat, aut poterat cõfirmare dictum Petri. Episcopum ergo eum ordinauit xp̄us. Sed non ꝙ esset Ierosolimitanus: sed Petrus ei Ierosolimam commendauit.

¶ Oppositio. 37. Martinus.

¶ Secunda. ad Galathas. 2. Petrus a Paulo repræhenditur, ergo non superior.

Defensio. 37.

¶ Dicitur ꝙ reprehensio ista fraterna fuit, quæ omnes æquales facit: & æqualiter cogit. Math. 18. Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te, & ipsum solum: deinde adhibe tecũ unum: uel &c. Hoc præceptum exercuit Paulus, ut frater in fratrem: quia oẽs uos estis fratres (inquit dñs) in casu illo.

Math. 18.

¶ Oppositio. 38. Martinus.

¶ Tertia. ecclesiastica historia libro quĩto. Victor primus Romanus pontifex Asię episcopum uoluit excõmunicare, & redargutus a multis cessit.

Defensio.38.

¶ Dicitur: quod si excõmunicasset illos, locum habuisset excom/municatio illa: sed quia cessit, non ligauit. Neq; tentasset illud peragere, si ius non habuisset.

¶ Oppositio.39. Martinus

¶ Quarta. Romanum pontificem esse superiorẽ Constantini decreto sancitum est.

Defensio.39.

¶ Dicitur. quod prius diuino: sicut usura, & symonia, & diuino: & humano iuribus interdicuntur.

¶ Oppositio.40. Martinus.

¶ Quinta. papa nõ confirmauit episcopos Africę vt Cyprianum: & Augustinum plerosq; alios: neq; eorum concilia.

Defensio.40.

¶ Respondetur. proculdubio confirmauit tam episcopos, q̃ cõcilia: quæ particularia fuerũt: & synodus dici debent, ꝑ quanto papa permittebat iure eorum uti. Potuisset tamen, si uoluisset impedire.

¶ Oppositio.41. Martinus.

¶ Sexta. Nũq̃ confirmauit papa Alexandrinum: Antiochenũ: Hierosolymitanum: & alios egypti, Arabiæ, Syrię, Asyæ, totiusq; oriẽtis episcopos.

Defensio.41.

¶ Dicimus (ut supra dictum est) potest papa reseruare sibi facultatem illam instituendi: uel cõfirmandi, potest & aliis cõ/cedere auctoritatẽ ad libitum suum. Vnum est q(si uult) põt:

quia papa:& super alios:& pastor uniuersalis, ut deductum est in præcedentibus.

¶ Oppositio. 42. Martinus.

¶ Septima. Nec hodie sub Rom. pontifice sunt, qui in Perside, India: Scithia: totoq; oriēte sunt, multis ibi habitantibus xpianis.

Defensio. 42.

¶ Respondetur: q de facto sunt sub pontifice, sicut mēbra sub capite. Sed in multis impossibilitas eos excusat.

¶ Oppositio. 43. Martinus.

¶ Octaua. Scribit Hieronymus de illustribus viris: q Achaōs epūs Cæsariensis discipulus Eusebii Pamphili, imperante Constantio Liberium papam deposuerit, & similia facta sunt.

Defensio. 43.

¶ Dicimus nos: q & multo peiora, q̄ hæc de facto acta: & gesta sunt: quæ deduci non debent in consequentiam.

¶ Oppositio. 44. Martinus.

¶ Nona. Quō Roman' pont. est successor Petri: cum alii apostoli successores non habeant, seruato eorum gradu &c.

Defensio. 44

¶ Respōdet: q hoc iure diuino factū est, semp Petrus in serie aplo℞ primus ponit̄ uariato ordīe alio℞, Math. 10. primus est Petrus, secūdus Andreas. Marc. 3. primus Petrus, secūdus Iacobus. Luc. 6. aliū ordinē seruat in apostolis intermediis in capite semp Petro reseruato: quoniā & ipse Petrus a xp̄o priuilegiatus: ut sepius monstratum est.

Math. 10.
Marc.
Lu. c. 16.

¶ Oppositio. 45. Martinus.

¶ Decima. Si Ro. pont. pcepto dei: est vicarius gnalis in tota ecclia, sequtur ineuitabiliter eos esse he/reticos qui non sub eo fuerint. At tunc ecclesia tota primitiua, saltem vsq; ad. 400. annos: cum tot martiribus: & sanctis, heretici fuerunt.

Defensio. 46.

¶ Respōdet. Nō fuerūt heretici: qa unū sequuti sunt pastorē.

¶ Oppositio. 46. Martinus.

¶ Vndecima. Hierosolymitana ecclia pma est, & mr oium ecclias. Nēpe Esa. & Miche, & oēs pro/phetæ, pnūciarūt de syon exiturā legē: & de Ierlem verbū dni, & xpus ibi pōtifex, apostoli velut presbiteri. xpus ibi oblatus. Et spiritum sanctum misit. Dicat aduersus hæc qui potest.

Defensio. 46.

¶ Respōdet. Prædictū fuit ēt populū maiorē futurū minori. Prædixit & Dauid. Pro qbus nati sūt tibi filii. Prædixerūt & cō/tra se Iudei. Malos male pdet: & uineā suā locabit aliis agricolis. Prædixit & hoc xpus. Filii aūt regni huius eiicientur foras. Roma obtinuit primogenituram Ierusalem: ideo prima.

¶ Oppositio. 47. Martinus.

¶ Duodecimo. Cōciliū Nicænū, vt scribit li. 10. c. 5. Histo. eccl. statuit arti. 6. in hūc modū. Et apd Alexādriā, vel ī vrbe Roma, vetusta cōsuetudo ser/uet, vt vl ille egypti: vl hic suburbanas ecclias solli/citudinē gerat. Rnde. Hoc Cōci. oīu; fere sacerrimū ē, & ecce nō mō nō puatū, & monarchiā Rom. dat pōt. sed ex vetusta cōsuetudīe: nō iure diuino tri/buit sollicitudinē italicas: & suburbanas ecclesiarū.

¶ Respondeo Martine. Ignorantia tua historiarum aduersus te stat. Concilium Nicænũ sub Constantino magno celebratum fuit: qui Bisantio indidit nomẽ. Roma (ut multæ historiæ: & leges: & glosæ testantur) quæ omnia tam patentia sunt ꝙ non opus sit elucubratione. Et cum legitur decretum illud in hunc modũ. Et apud Alexandriam: uel in urbe Roma: Roma illa, non Roma Italica, est (ut tua ignorantia te decepit) sed Roma noua: quæ hodie Constantinopolis, quondam Bisantium dicebatur. Et de tuo capite adiecisti illud, Italicarũ. Vade. & aliud quære.

¶ Oppositio. 48. Martinus.

¶ Tertiadecima. Idem concilium Nicænum statuit non a Romano episcopo omnes episcopos ordinari; sed a prouincialibus episcopis.

Defensio. 48.

¶ Respondeo. Eadem ignorantia peccas, ut mox dictum est supra. Addo insuper unũ. Conciliũ Nicænũ duplex fuit. Primũ sub Constantino principe: & Siluestro papa: & ꝓuinciale fuit cõciliũ: quæ synodus nũcupatᷓ: quæ statuit nõ a Romano ep̃o episcopos ordinari. Ro. epis. pro Constantinopolitano intellige: cum constantinopolis Roma noua dicebatur ex Constãtini decreto. Secundũ conciliũ Nicænũ generale celebratᷓ sub Constantino, & Cõstantio principibus, & Iulio papa post Siluestri tẽpora. Et quæ adducis, de prima Synodo sunt. Et pro Roma, Constãtinopolis intelligitur: ut dictum est supra.

¶ Oppositio. 49. Martinus.

¶ Quartadecima. Idem Nicęnũ cõcilium episcopo Hierosolymitano, & non Romano tribuit honoris primatum.

Defensio.49.
¶ Respondeo. A mala radice ignorantiæ cuncta hæc tua de/fluunt. Vide tamen supra.

¶ Oppositio.50. Martinus.
¶ Quintadecima. Si Romana ecclesia, est prima propter primum apostolum Petrum, eadem neces/sitate confitebit, & cōpustellanā ecclīam esse scdam ꝑpter apostolū scdum Iacobū: & sic de aliis.

Defensio.50.
¶ Responsio habetur supra in nona Defensione.

¶ Oppositio.50. Martinus.
¶ Sextadecima. Si ad solos Petri successores perti/net verbum xp̄i. Tu es Petrus: & pasce oues meas. pari sequela concludetur solius Ioannis successores esse filios Mariæ in cruce cōmendatos &c.

Defensio.51.
¶ Responderturq; sequela non ualet: quia pascere ad officiū pertinet: cōmendatio uero Ioannis, Mariæ, ad personam pro/priā. Et ꝑpter multa alia, quæ millies repetita sunt.

¶ Oppositio.51. Martinus.
¶ In fine dico me nescire an xp̄iana fides pati pos/sit, q; in terris aliud caput ecclesię vniuersalis statui/tur preter xp̄um. Sunt qui xp̄um in ecclesiā trium/phantē reiiciunt: & Romanū pontificē militantis ec clesiæ caput constituunt, contra expressum Euange/lium. Math. vltimo. Ecce ego vobiscum sum usq; Math. ult.

Actu .9. ad cōsūmationē seculi & illud Actuū. 9. Saule saule quid me psequeris Ideo. n. regnū fidei ecclesia voca

1. corith. 15. tur, qd Rex nr̄ non videtur, sed credit, sicut. 1. Corioth. 15. Oportet illū regnare donec ponat inimicos suos scabellū pedū suoꝝ, & tūc tradet regnū deo patri. At hi regnū rerū p̄sentiū faciūt, dū visibile caput erigūt. Nam & mortuo pōtifice, ecclesia nō est sine capite: Cur ergo viuo pontifice xp̄us nō pro capite solus habetur? An viuo pontifici cedit: & mortuo succedit: velut quidā alternus pontifex? Si autē viuo pontifice caput est: vt quid duo capita in ecclesia statuimus?

Defensio. 51.

¶ Nulla heresis in mūdo unq̄ fuit tā impia: tā deo: & hominib9 infensa: qm̄ ab iferis eam reuocauerit Lutherus. Vetusta fuit opinio tēpore Regū Iuda, ꝙ omnis fidelis esset sacerdos: non obstāte peculiari electione dn̄i Leitaꝝ in sacerdotiū Nūeri. 18

Nūeri. 18. solis filiis Leui, mihi in tabernaculo seruientibus &c. Et Deu

deutero. 18. tero. 18. Qua lege neglecta. Spretisq; aliis pro sacerdotio faciētibus, aiebant tempore tabernaculi dn̄m sanxisse decretū illud: tēpore autē templi in Ierusalē ædificati omnes ad propriā libertatē restituti essent, ita ꝙ oīs fungi poterat sacerdotio. Nec extingui potuit heresis hæc pnitiosa: quousq; Ozias rex tali pernicie laborans ausus fuit adolere incensum, Azaria sacerdote resistēte: statim orta est lepra in fronte eius coraꝫ sacerdotibus in do

.Paralyp. .c. 26. mo dn̄i. 2. Paralyp. c. 26. Fuitq; leprosus Rex Ozias usq; in dieꝫ mortis suæ. Hanc pestem Martinus nixus est reuiuiscere dicens: ꝙ omnis fidelis sacerdos sit. Et alia; inuoluit, etiā tempore mosi, infernalis arpia Chore: Datā: & Abiron authoribus: & hæresiarchis: & dicētibus ꝙ ecclesia dei duo capita habere non potuit. Deus tm̄ caput ecclesiæ erat: nō Moses, uel Aaron, ut ha

Nūeri. 16. bet. Nūeri. 16. Et hanc confusissimā opinionē excitauit Martinus tēpore hoc nr̄o dicēs, Vt quid duo capita in ecclesia? xp̄s caput est solum, non pontifex: quē multi hūano iure erexere

contra expressum Euangeliū. Ad cōfutandam uero opinionē Martini, Lues, & punitio Chore: Datā & Abiron satisfactoria sit Attamē (ne nauis nr̄a Sabulo pereat: & ne de illis simus accla mantibus nō habere Regē nisi Cæsarem) Dicimus incōpati/ bilia non esse duo capita in ecclesia subalternatim sic disposita: φ unum sit caput uiuificās aliud. Vnum deus sit: aliud homo. Vnū auctoritatē, & uices habens ex sei aliud autē sit gerēs uices primi. Et (ne in incertū debachemur: aut ad naturales demō/ strationes recurramus nobis interdictas) per solida sacræ scri pturæ exempla ueritate suffulta procedemus. Ostendēdo ne/ cesse esse: & in ecclesia moderna, & antiqua (quæ eadem est) semper fuisse/ esse/ & fore duo capita modo declarato disposita Et ut α & ω copulē principiū: & finē, q xp̄us est, taliter ꝓcedo.

¶ Primo xp̄us caput erat ecclesiæ ueteris. Io.8. Anteq̄ Abraā fieret, ego sum. Sed ultra hoc caput habuit semper sacerdotem magnū: Cui oēs sub pœna mortis tenebant obedire. Deutero. 17. Qui aūt superbierit nolēs obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat dn̄o deo tuo, ex decreto Iudicis morietᷓ homo ille: ergo duo capita. Ioan. 8. deutero. 17

¶ Secundo. Iesus Naue princeps: & Dux fuit exercitus filioꝝ Israel post Mosem: ut per totum librum Iosue perspicuum est: & ultra illum, Angelus se principem facit eiusdē exercitus. Io/ sue. 5. dicens ego sum princeps exercitus dn̄i. Ergo eiusdem ex ercitus duo principes: sicut in ecclesia duo capita. Iosue. 5.

¶ Tertio. 2. Paralyp. c. 13. Dux exercitus Deus. Et. 1. Paralyp. c. 27. Dux exercitus Ioab. Duo duces in eodē exercitu. 2. Paralyp. c. 13. 1. Paral. 34.

¶ Quarto Ezechiel. 34. suscitabo super ea pastorē unum, q pa scet ea: seruū meum Dauid, ipse pascet ea, & ipse erit eis in pa/ storem: ego autē dn̄s ero eis in Deum. Non secus est super ec/ clesiam Deus: & pontifex. Ezech. 34.

¶ Quinto. Capiatur ecclesia una, unū tantū habens ep̄m: uel sacerdotē: eiusdē ecclīæ epis. est: & ipse xp̄us. 1. Petri. c. 2. Sed con uersi estis nūc ad pastorē, & ep̄um aīaꝝ ur̄aꝝ. Ergo duo episco pi eiusdem ecclesiæ. Cur nō & duo: uel capita: uel pastores: siue episcopi super totam ecclesiam uniuersalem. 1. petri. c. 2.

¶ Oppositio. 53. Martinus.

¶ Conclusio, Omnis sacerdos in articulo mortis

est episcopus habens plenissimam plenitudinem potestatis super confitentem, vt tenet sententia cómunis totius ecclesiæ, & ex beati Cypriani epistolis euidenter conuincitur: ergo nec papa est episcopus, nec episcopus est superior presbiteris iure diuino. Tenet consequentia, quia Ius diuinum est immutabile tã in vita, q̃ in morte &c.

Defensio.53.

¶ Concludit Martinus omnẽ sacerdotẽ æqualẽ esse pontifici, duobus præsuppositis, si uera essent. Primũ quod ius diuinum sit immutabile quacũq; de causa: & tã in uita, q̃ in morte.
¶ Secũdũ: ꝙ Ius diuinũ dispẽsationẽ nõ patitur. Quæ duo simul iuncta unũ efficiũtur: & concludunt sacerdotem quẽlibet parem esse cum pontifice in auctoritate: quia in articulo mortis tantũdem potest, quantum pontifex: ergo semper æque potest. At nos enodare non possumus illusoriam hanc imaginationem: nisi q̃ plurimis sacræ scripturæ exemplis in contrariu; attestantibus, utriusq; testamenti.
¶ Et imprimis statuo mihi axioma: & principium unum, ꝙ Ius diuinu; est quod iubet Deus obseruandũ: uel non fiendũ. Et ꝙ Ius, siue iussio q̃si sunt idem, parũ distantia a præcepto. immo theologice: & secundum sacram legem hæc synonima sũt Ius: præceptum: & Iussio.

¶ Hoc stabilito, teste. S. Augustino ad inquisitionẽ Ianuarii, enumeratis præceptis omnibus: moralibus, Cærimonialibus, & iudiciariis: quæ omnia a deo emanarunt, numero sunt sexcenta præcepta: ut in omni Penthateuco singula decernũtur. Et de quolibet genere, uel necessitate urgente: uel tempoꝝ uarietate: siue ex occasione superemergente, dispensata sunt diuina ꝑcepta siue Iura, Quæ gradatim recenseo.
Exo.20. ¶ Primo. Ius est diuinum morale. i. in decalago. Non furtu; facies. Exo. 20. Dispensauit illud deus filiis Israel in exitu de Egypto. Exo. 11. Qui expoliauerunt Egyptũ. Homicidiũ
Exo.11.

inhibitũ est pariter a deo. Et dispensat cũ Moses occidere iussferit eodẽ die.33.millia hominũ. Exo.32. Et sic iuste per iudices. noxii homines occiduntur in dies. Exo.32.

¶ Secũdo.sunt pcepta Cerimonialia ad sacrificiũ fere ptinẽtia ut est ouiũ: uitulorũ:caprarũq; imolatio. Sanguinẽ nõ comedere. Octauo die circũcidere infantẽ: & his similia: uniuersa hæc præcepta de iure diuino sunt, ut i Exo.2.& leui.compertum est: quæ omnia extincta sunt,& euacuata:nedũ dispensata. Exo.2.

¶ Tertio sunt pcepta Iudiciaria: quorũ trãsgressores pænis:& punitionibus cõpescendi sunt. Et ista iure diuino iubent: quæ oĩa,uel pleraq; dispẽsata sunt:ut de adulteriis morte plectendis Deutero.22.& xp̃us reuocauit illud Io.8. Neq; ego te condemno &c. Præceptũ erat usq; ad esum uuæ Deutero.23. Ingressus uineã pximi tui comede uuã quãtũ tibi placuerit &c. Et istud ẽ reuocatũ. In tantũ q̃ pcepta oĩa iure diuino sancita:uel iussa,patiũtur dispensationẽ, exceptis duobus tm̃ primæ tabulæ ad honorẽ dei p maxime innixa, & adiacẽtia, & naturæ cõformia p quã'o phibẽt deo inreuerẽtiã. Tertiũ autẽ pceptũ de Sabbato sctificãdo ptim morale: & ptim Cerimoniale quoddã cõtinet. Illud qd̃ morale est:inuariabiliter obseruat̃: ut deũ aliqñ uenerari:sed illud qd̃ cerimoniale est.s.q̃ quolibet die Sabbato ei sit exhibẽdus honor iã dispẽsatũ:& ad diẽ dñicũ p ecclesiam traductũ est. Multa sunt insup iure diuino:quæ ex occasione uariata fuere:ut Exo.32. Deus scribit pcepta in tabulis duabus:& Moses fregit eas ad radicẽ mõtis ira nimia cõmot9. Et Nũ.21. Iure dei spẽs æne9 erigit̃ i Antiodothũ uenenũ: quẽ postea Ezechias iuste fregit in remediũ Idolatriæ.4. Regũ.18. Quid dicemus in lege Euãgelica. Quid strictius pcepit dñs q̃ baptisma. Io 3. Nisi qs renat9 fuerit ex aqua,& spũ sctõ: nõ intrabit i regnũ cœlorũ? Attamẽ Emerẽtiana cathecumina baptismi expers collactanea sanctæ Agnetis martyriũ adepta miraculis claret. Quo spũ ergo,qua ue auctoritate asseruerit Martin9 Ius diuinũ inuariabile eẽ tã in uita,q̃ in morte (exceptis duob9 illis primæ tabulæ pceptis) nõ reperio. Immo de cõtrario ipse deus nos certiores facit p illud Deutero.30.dicẽs. Mãdatũ hoc,qd̃ ego præcipio tibi hodie,nõ supra te est:neq; pcul positũ: nec in cœlo situ,ut possis dicere. Quis nr̃um ualet ad cœlũ ascẽdere:& deferre illud ad nos?q.d.supra uires nihil exigit deus. Quo dicto seniores nr̃i fr̃i mlt̃i d.spẽsanda ex occasiõe cõsuluerũt,nõ solũ post aduentũ xp̃i:sed lõge prius, ut habet̃ Exo.23. præcipit dñs Exo.23.

deutero.22. Ioan.8. deutero.23. Exo.32. Nũeri.21. 4.regũ.18. Ioan.3. deutero.30

dicens Ter in anno apparebit oẽ maſculinũ tuũ corã dño deo tuo, nihilominꝰ ob multa impedimẽta ab hoc onere liberabãt Pari nexu dicĩ poſſumꝰ de author tate ſacerdotis cõceſſa ĩ artĩculo mortis cõtẽtis: qua auctoritate fugi nõ põt, aut debet cau/ſa nõ urgẽte. Nec ualet ſequæla illa. In caſu mortis ſacerdos ẽ papa ergo ſemp, minime certe. Aliqñ licet cũ Heſter dicere, Ingrediar ad rege cõtra legẽ faciẽs. Heſter. 4. Nõ eſt ergo papa ſa/cerdos ad ſuũ pœnitẽtẽ: nec in uita: nec in morte. Eſto ẽt. ꝙ poſ/ſet eũ abſoluere a quocũqꝫ delicto iure diuino, & in uita, & in morte, nõ adhuc papa eſt. Sed papã habet ſuperiorẽ: & ouis eſt ipſius ſub cura illius depaſcenda.

Heſter. 4.

ℂ De papa & Concilio.

ℂ Et ne ulterius incentiuũ habeat delinquẽdi ex quodã ſcopo qui multis impedimẽto fuit: immo ĩ ipſo colliſi ſunt plurimi: quẽ crebris uicibus Martinus in mẽtes hominum reuocat. ad tollendum eum e medio pro uirili nunc accingor.

ℂ Scopus talis eſt. An papa ſupra Cõciliũ ſit, aut cõtra. Conci/liũ ſupra papã. Ad quã difficultatẽ Reſpõdent Lutheriani Pe/tro: & ſucceſſoribus infenſi, intẽti potius ad Schiſma ſuſcitãdũ, ꝙ̃ ad ueritatẽ manifeſtandã. Probãt igitur Cõciliũ præeſſe ponti/fici arguẽtes ſic. Conciliũ depoſuit papã (nouiſſime in cõcilio Cõſtantiẽſe) ergo papa: & iure diuino nõ eſt papa: tenet conſe/quẽtia: qꝛ quæ iure ſunt diuino incõmutabilia ſunt/quare &c.

ℂ Contra quos ſi qs formaret argumentũ ſimilis formæ op/poſitũ cõcludẽdo: ſolutio Lutheriana nõ reperiretẽ ſatiſfactoria Probatꝰ: ꝙ papa ſit ſupra conciliũ argumẽto ſimili. Papa cõgre/gat, & reſoluit conciliũ ad libitum ſuum, ut nouiſſime fecit in Concilio Lateranenſi, a Iulio ſecundo congregato, & a Leo/ne decimo, reſoluto: ergo Conciliũ iure diuino non eſt conci/liũ: tenet conſequentia: qꝛ quæ iure diuino ſunt, incõmutabilia ſunt. Argumentum hoc neceſſe eſt nihil ualere, ergo nec illud Martini neceſſe eſt: ut ualeat, cum utrũqꝫ innitatur eideꝫ medio & fundamẽto de iure diuino: tã papa: ꝙ̃ conciliũ a iure ſunt diui/no. De papa abundãtius ſupra ꝓbatũ eſt: qꝛ xp̃us eũ inſtituit. Tibi dabo claues: & paſce oues meas. De Cõcilio ſimiliter ꝑ illud. Luc. 22. Et tu aliquãdo conuerſus cõfirma fratres tuos.

Luc. 22.

ℂ Pro igitur tanti nexus: & difficultatis ſolutione: & expiatio/ne, ea tantum quæ ad ius diuinũ attinent adducam, ut illa ſub/terfugere Martinus nequeat.

ℂ Concilium ergo (ut a lege diuina haberi poteſt) Congre/

gatio est nobilioris, & dignioris partis ecclesiæ. Elicimus diffinitionē hanc a sextodecimo capitulo Numerorū. Dicit enim sic uiri proceres synagogæ: & q tempore concilii per nomina uocabant̄ &c. Conciliū igitur tempore Mosi in deserto: & filiorum Israel sub tentoriis: & tabernaculis habitantium exordium habuit. Ex quibus plurima notabilia sequuntur.

¶ Primum. Conciliū inscio Mose. i. primo prælato congregari: uel adunari non debet, aut potest. Probatur hoc ex lege Leui. 8. Locutusq; est dominus ad Mosem dicens. Congregabis omnē cætū Israel ad ostium tabernaculi. Quo instruimur: q congregare ad primatē pertinet solum. Et ipsa natura, & rei ueritas demonstrat. Familiā congregat pater familias. Ciues unit princeps, exercitū ordinat dux: ergo Conciliū cōuocat primas sine quo conuenticulū: aut cōciliabulū nūcupatur. Leui. 8.

¶ Secundū. Nulla sub cœlo reperitur perfectior unio, q̄ ipsum Concilium sit. Cunctæ uniones absq; gratia dei aliquando stare possunt præter unionem Concilii: cuius forma, & uinculū spiritus sanctus est. Vnio coniugum de quibus dicitur. Erunt duo in carne una. Gene. 2. instar unionis Cōcilii non est: quia illi in una carne: isti in unitate spiritus sancti uinciunt̄: non q singuli de Concilio in gratia sint: sed quia omnes de Concilio destituti gratia esse non possunt: & illi Concilium faciūt. Sicuti ecclesia absq; gratia esse non potest. At maior unitas adhuc est Concilii q̄ ecclesiæ, qm̄ ecclesia unio omniū est fideliū superiorū, inferiorūq;. At Cōciliū superiorū tantū, in gr̄a tamē existētiū, (ut dilucidatū est). Hoc est: quod scribit̄ Iudicū. 20. Egressiq; sunt omnes filii Israel: & pariter congregati quasi uir unus. Et ps 67. Deus in loco sancto suo: deus qui inhabitare facit unius moris in domo. Et solemne Concilium apostolorum fuit Actuū. 4. de quibus dicitur. Multitudo credentium erat cor unum & anima una. Gene. 2. Iudicū. 20. ps. 67. Actuū. 4

¶ Tertiū. Sequitur ex dictis uanū esse quærere an Papa supra concilium sit: uel cōtra: qm̄ concilium sine Papa esse nō potest. Vix. n. stat ciuitas sine principe: aut exercitus sine duce / quomō cōciliū sine Papa i quo maior i imensū unio: q̄ in exercitu est.

¶ Quartū Depēdet ex superioribus. Cōcilium. Papa est cum primatibus suis. q. caput cum membris, ut ad Ro. 12. Sicut. n. in uno corpore multa membra habemus: omnia autem mēbra non eundem actum habent: ita multi unum corpus sumus in christo &c. ad Ro. 12.

Quibus elucubratis:& digestis quātū ad theologū ptinet. Ca
nonibus dimissis a Martino reiectis, soluere poterimus qđ n
bis impingit Martinus sic arguēs ꝑ cōcilio:& cōtra pōtificē. C
ciliū Cōstantiēse statuit cōciliū esse supra papā,& re ipsa ꝓbau
qñ papā deposuit,& nouus pōt. fex ab eodē cōcilio in locū pri
ris institutꝰē, ergo supra papā. Respondet ad hoc sanctus Petru

2.Cano.c.1 2. Canonica. c. 1. Omnis scriptura propria interptatione nō fi
q d. Hæc ꝓpositio uera est: sed non in sensu proprio. S. Conci
liu; est supra papā. Supra papā est Cōcilium ꝑ quāto papa ro
borauit cōciliū:& seipsum determinationi cōciliari subiecit: &
sic cōcedit, non aūt proprie cōcilium est supra papam papa r
luctante ne fiat concilium:

¶ Si adduceretur illud. s. Hieronymi ad Euagrium. Orbis m
ior est urbe, ergo Conciliū supra papā. Ad hoc dicimus: ꝙ sa
ctus Hieronymus ad hoc propositū nō loquitur: sed de lite
danda inter presbiteros:& diacones.

¶ Si iterū instaret. Si Conciliū, inuito pontifice, nō posset co
gregari,& papā deponere: sequeretē xp̄um non fuisse optimu
monarchiæ suæ ecclīæ institutorē: cum posset papa effici sic
aper de silua,& uineam xp̄i depascere,& a cultura ueri dei
ydolatriā eā deducere:& nemo posset eū cōpescere: uel corri
re: uel deponere.

¶ Respōdetur (ultra id qđ a canonibus decretū est) ꝙ no
est periculū: qa nobiscū est usq; ad cōsummationē seculi xp̄
deus, q per orōnem humiliū excitatē ad ꝓtegendā sponsam
ecclesiā: sicut scribitur. ps. 101. Respexit dn̄s in orationem hu

ps.101. lium,& non spreuit precem eorum. Cui honor, gloria,& i
perium ultra secula. Amen.

FINIS.

Registrum.

a b c d e f g h i k l.

Omnes sunt bini: preter/l/ qui est ternus.

¶ Impressum Romæ per Iacobum Mazochium Anati
te dn̄i. M.D.XXIII. Die xxvii. Mensis Iulii.